







1703.

1. Busch, Gnsfried : De exceptione metatonia bees.
l. 2. Pw. de Proc. Impent. Offend.
2. Hark, Christianus, Albertus : De compensatione delicti inus
cua
3. Hellbach, Iohann Christoph : De puenis reuoluentis
et inuenitri
4. Nichter, Gualtero Benjamin : De iudiciis ponnoriciis
5. Schindler, Martians : De spooratibus clauderibus
6. Schumann, Christianus : De foro deprehensionis
7. Streit, Joannes Philippus : De iudiciis.
8. Streit, Iohann Philippus : De legi circa statum
personarum di. p. oruntis Potentis

9. Herd, Franc. Philippus : De contractibus pignoratitio
10. Timmeroth, Johann Heinrich : De Jurisdictione &
 Utens Christianorum publicis tolerantia
11. Viti, Johann : De probacione, qual fit
 per instrumenta
- 12^a, Wincap, Franc. Matthias : De admittendis et
 resistendis procuratoribus 2 Suppl.

1704

1. Bekner, Johann Christianus : De remissione delicti
 privati
2. Murr, Georgii Francisci Spathii : De lege diocesana. 1
3. Meier, Joh. Henr. : De officio tutoris
4. Meier, Joh. Henr. : De perpetuis curatibus

5. Pistor, Philippus Fredericus: De numerata pecunia
soluenda -
6. Torgell, Ernes. : De jure rescindendi transactionem
7. Vahl, Inles; De ingratitatis vitiis.
8. Weinberg, Hieronimus Guether: De suspensione et officio
Weise
9. ~~Vahl~~, Johann Vies: De errore non nocivo
10. Winckler, Johann Matthäus, Prof. publ. ord. : ad Respon-
sionem eorum. Joann. Vies Weisii invitat.
11. Winckler, Johann Matthäus: De remissione delinquentionum
et criminum perpetrantis delicti.
12. Winckler, Johann Matthäus: De restitutionibus 1 Pars
13. Winckler, Johann Matthäus: De executione et satisfactione
in causis civitatis

Faint, illegible handwriting on aged paper, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



1834. DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS,
DE 1704, 3

**OFFICIO
TUTORIS,**

QUAM
ANNUENTE DEO
EX

DECRETO ET AUTHORITY
INCLYTI ICTORUM ORDINIS
IN

ILLUSTRI ACADEMIA HIERANA
PRÆSIDE

15/
DN. JOH. HENR. Meiern/

ICto, ELECT. REGIM. CONSIL. PROF. DECR.
PUBL. FACULT. JURID. DECAN. SENIOR.
JUDIC. PROVINC. ASSESS. &c.
PRO

LICENTIA,

Summos in Utroque Jure HONORES & PRIVILEGIA

DOCTORALIA more majorum ritè &

legitimè obtinendi,

IN COLLEGIO ICTORUM MAJORI

Ad diem 8. Octobris, Anno M. DCCIV.

Publico Eruditorum Examinii submittit

JOHANNES ROSE, Lippia-Westphalus.

ERFORDIÆ, Typis GROSCHLIANIS, Acad. Typogr.

DISPUTATIO JURIDICA IN UNIVERSALIS

DE

OFFICIO

TUTORIS

DEO

DEO TO ET AUTHORITYTATE
INGLITTI

ET

PATRIÆ.

PROVINCIA ASSERS. &c.
PUBL. FACULT. JURIS. DECAN. SENIOR.
PUB. FACULT. JURIS. DECAN. SENIOR.
PUB. FACULT. JURIS. DECAN. SENIOR.

LICENTIA

Summus Imperatoris Jure Honoris & Privilegii

DOCTORIA MORTUORUM VITÆ ET

LEGATIONIS ORDINARIÆ

IN COLLEGIO SACRORUM MAIORI

ANNO 1785 M. DCCLXXXV.

Publico Facultatis Juris Ordinariæ

JOHANNES ROSEKUPFIS Welfphalus

ERRORIBUS, VITIIS, GROSSIUS, &c.

1785
M. DCCLXXXV





I. N. SS. T.
PRÆFATIO.



um, B. L. ad obtinendam Docto-
ralem Dignitatem Specimen a-
liquod Inaugurale dandum sit,
sepè mihi animus dubius fuit,
quænam, ad præsens meum pro-
positum spectans materia, utili-
ter eligi possit. Tantam enim Jurisprudentia uti-
lissimarum pariter atque elegantissimarum mate-
riarum exhibet copiam & farraginem, ut in eligen-
do animum hinc inde trahi inevitabile sit. Novi-
tamen, neminem sanæ rationis compotem inficias i-
turum, magis jucundum, imò & conducibile esse, ea
tradere, quæ in vita communi plerumque obvenire
solent, quæque ubi vis & semper bono publico condu-
cunt. Quare remotis tandem quibusvis obstaculis,
utilissimam de Tutoris Officio materiam censura &
disquisitioni Eruditorum submittere decrevi. Enim-
verò

A c

CAPIT

verò cum ob communem mortalitatem orphanos fieri ferè quotidianum sit, divina sanè Providentia Tutorum constitutione ijsdem quàm benignissimè prospicere voluit: At quàm incuriâ & negligentia, quaque infidelitate hoc perquam grave tutelæ officium à plerisque geratur, testis prob dolor! est experientia. Si enim Tutores cum Pastoribus ovium conferas, à vero vix aberrabis; pessimos autem si quoque respicias mundi interitum minantis mores, videbis saltem, non semper hos, quos dixi pastores, non oves, pupillos inquam sibi concreditos, sed se ipsos pascere, imò absorptis ferè orphanorum bonis (O ineffabile crimen!) ditescere. Si ergò in Studio legali ea præ ceteris sunt pertractanda, quorum aliquis est usus, quæque bono aliquo Repl. beant, certè de Officio Tutoris ejusdemque rectâ administratione singulari cum fructu agi posse ambabus fermè manibus, vel quilibet mihi largietur. Equidem non diffiteor banc utilissimam materiam à non paucis Eruditissimis Dd. satis superque traditam esse, respiciens autem illud Comici: Nihil dicitur, quod non dictum sit prius, de eadem secundum ductum juris breviter differere conabor. Dirigat D.T.O.T.M. hoc quicquid est tentaminis in sui Sanctissimi Nominis gloriam meumq; emolumentum.

CAPUT



CAPIT PRIMUM PRÆLIMINARE.

§. I.

Ulamvis de Tutorum Officio hac vice agere animus sit, tamen generalia quædam ante omnia, non sine fructu, præmittenda judicavi. Ecquid enim de Officio Tutoris prolixè disserere juvat, antequam *quis Tutor, unde nomen habeat, quotuplex sit.* &c. probè constet?

§. II.

Tutores, qui Gallis *Tuteurs* & Germanis *Pfleg-Väter* / oder *Vormünder* appellantur, nomen habent à *tutendo*; hinc Tutores quasi tutores, seu defensores, §. 2. *J. l. i. §. 2. ff. de tut. l. 2. C. Quand. mul. off. tut.* quòd pupillos sibi concreditos tueri ac defendere teneantur; & sanè vox Germanica *Vormundt* / indè omninò ortum habere videtur, daß es so vielheisse als ein *Vorsteher* / oder *Beschürmer* der Unmündigen Kinder / die sich vor *Ohnmacht* ihrer *Bernunft* und *Leibes* nicht selbst versorgen mögen. Quod autem alij vocem latinam Tutor idem esse ac *tollitor* & Germanicum illud *Vormundt* nihil aliud significare dicunt, quam *vor den Mundt* seil. daß sie denen *Pupillen* das *Brod* vor den *Mundt* wegnehmen; quo spectat etiam illud Gallicum *Tuteurs*, quasi dicas *touteurs*, omne eorum, h. e. *Es ist alles derer* *Vor-*

A 3

§ 6. § 6

Vormünder / &c. *conf. Zas. ad ff. tit. de tut. in A. d. i. am.*
Sanè cum abusu alicujus rei nominis derivationem petere
incongruum sit, has aliasvè derivationes & appellationes
abusivas rectè dicimus.

§. III.

Habet autem nomen Tutoris, si usum loquendi spe-
cies, varias acceptiones. *Generaliter* Tutor significat
quemcunque rerum & personarum defensorem, de qua
generali significatione *Conf. Montan. in sing. tract. de jur.
tut. & cur. cap. i. num. 3. & seqq. strictiori sensu*, complecti-
tur etiam Curatorem, l. ii. §. 2. ff. de Minor. l. 101. §. 2. ff.
de condit. & demonstr. l. ult. in fin. C. de aut. præs. & l. 5. C. de
cur. sur. *strictissimè* autem solummodò eum, cujus est pri-
mario pupillos defendere ac tueri, l. 14. ff. de test. tut. se-
cundario autem: eorum quoque bona diligenter admini-
strare, denotat; tot. tit. ff. de administ. & per. tut. quæ stri-
ctissima vocis acceptio hujus est loci, cum non de Tuto-
ribus & Curatoribus indiscriminatim, quin potius de Tu-
tore ut sic, aut de ejusdem officio agere, præsentis dispu-
tationis scopus sit.

§. IV.

Et hunc Tutorem definire sive describere, non dif-
ficile erit: Placet hic *Servius in l. i. pr. ff. de tut. & §. 1. J.
Eod.* qui tutelam definit: quod sit *vis ac potestas in capite
libero ad tuendum eum, qui propter etatem se defendere ne-
quit, jure civili data ac permissa.* Hinc secundum eun-
dem *Servium* aliosvè: Tutor ille est, qui suâ prudentiâ de-
fectum judicij hominis impuberis & sui juris in negotiis
ab eo gerendis supplet & patremfam. in educatione & ad-
ministrasione bonorum ejusdem repræsenter.

§. V.

Insuper non in utile erit, antequam ad officium Tutoris
 progrediamur notasse: quod duplex in jure occurrat Tutor;
 nec enim omnium eadem est natura, uti patet *ex leg. 52.*
C. de Episc. & Cler. l. 4. C. qui dar. tut. Est scilicet Tutor vel
Testamentarius, vel *Legitimus*, vel *Dativus*. Sunt quidem
 nonnulli inter Dd., qui plures tutela divisiones proponunt:
 Verum ad præsens institutum sufficiat illa, cujus modò
 fuit mentio facta, tanquam generalissima & perfectissima;
 de reliquis enim tutela divisionibus latius agit Montan.
dict. tract. cap. 7. per tot.

S. VI.

Tutor *testamentarius* est, qui à Parentibus liberis su-
 is, proximè in potestate constitutis testamento datus est,
l. 1. pr. ff. de test. tut. & §. 3. J. de tut. Eo enim omninò se-
 se extendit Parentum potestas, ut possint liberis suis, scilicet
 sub Patria potestate adhuc constitutis, Tutores dare ac
 constituere. Ubi tamen requiritur testamentum perfe-
 ctum, justum, non imperfectum, *l. 2. C. de confirm. tut.* aut
 sufficere possunt Codicilli, testamento confirmati, *l. 3. pr.*
de test. tut. deficiente autem perfecto testamento Tutor à
 Parentibus datus, à Magistratu confirmandus est, *l. 1. §. 1. &*
l. 3. ff. de confirm. tut. & d. l. 2. C.

S. VII.

Tutores *legitimi* illi dicuntur, qui proximè ex agna-
 tis lege XII. Tab. pupilli successores existunt, *l. 1. pr. l. 5.*
pr. l. 6. ff. de leg. tut. l. 2. C. & pr. J. cod. Dicuntur legitimi à
 lege, cum *immediatè* à lege dependeant, secus ac Testa-
 mentarii & Dativi, hi enim *mediatè*, scilicet per testamen-
 tum Parentum, aut per Magistratum, illi verò nullo homi-
 nis facto interveniente vocantur, *d. l. 5. pr.* Postquam verò
 Justit.

Justinianus differentiam agnatorum & cognatorum quo-
ad effectum successioneis sustulit & his æquè ac illis hæredi-
tatem deferri voluit, inde factum est, ut hodiè etiam mor-
tuo patre cognati non minus, quam agnati, eo gradu &
ordine, quo succeditur in hæreditate. Tutores legitimi ex-
stant, per Avth. *Sicut hæreditas, C. de leg. tut. & Novell.*
118. c. 5. Quid enim quæso magis æquum esse poterit,
quam ut ad illos, ad quos spectat commodum successio-
nis, etiam spectare debeat onus tutelæ, *cit. l. 1. ff. de leg. tut.*
l. 10. & 73. pr. de R. 1. Imò & illi, qui sanguine, etiam affe-
ctu & fide pupillis creduntur esse conjuncti. Monendum
tamen hic: quòd quoties Tutor testamentarius adest, ro-
tius legitimus locum non habeat; potior enim semper est
testamentarius, *l. 9. §. 1. ff. de tut. & rat. dist. l. 11. pr. ff. de*
test. tut. l. 89. d. R. 7. cum provisio hominis faciat, cessare
dispositionem legis.

§. IIX.

Tutor denique *dativus* est, qui à Magistratu defici-
ente testamentario & legitimo, ad petitionem matris, aut
proximorum consanguineorum, vel etiam ex officio pupil-
lis datus est, *l. 6. §. 1. ff. de tut. pr. & §. 4. J. de Atul. tut.*
& secundum Recess. Imp. de Anno 1548. & de Anno 1577. tit.
Von der Pupillen &c. vers. So wollen wir &c. post
patrem enim & legem optimè denique pupillis favere præ-
sumitur Magistratus, eò magis, quod Reipl. interfit, ne pu-
illi relinquantur indefensi.

§. IX.

Cum autem non perinde sit, quis Tutoris officium
gerat, probè hic observandum erit: quinam ad tutelæ ad-
ministracionem admitti possint, nec ne. Alios enim *na-*
tura;

tura; alios *lex* prohibet, tanquam à Tutoris officio removendos. Scil. *natura* prohibentur omnes, qui defectu animi, vel corporis laborant, ut (1.) Furiosi, *l. 17. ff. de tut. §. 2. J. Qui test. tut. dar. poss.* (2.) Prodigii, *l. 1. pr. ff. de cur. fur. l. 40. de R. J. §. 3. J. de Curat.* (3.) Minores viginti quinque annis, *l. fin. C. de leg. tut. §. 13. J. de Excus. tut.* (4.) Mente capti, *§. 4. J. de Curat.* (5.) Muti & surdi, *l. 1. §. 2. & 3. ff. de tut. & leg. penult. §. 1. ff. de leg. tut.* (6.) Cœci, *l. 3. C. qui dar. tut. l. 40. ff. de Excus.* (7.) Perpetuo morbo laborantes, *§. 7. J. de Excus. Lege* prohibentur. (1) Servi, *l. 7. C. Qui dar. tut. poss.* (2.) Fœmininæ, *l. ult. ff. de tut. l. 1. C. Quand. mul. tut. off. fung. poss. Excipe Matrem & Aviam, l. 2. & Avib. Matri C. dict. loc. & Novell. 118. c. 5.* (3) Milites, *l. 4. C. Qui dar. tut. poss. & §. 14. J. de Excus. tut.* (4) Creditor & debitor pupilli, per Novell. *72. c. 1. & 4. & Avib. Minor debit. C. cit. loc.* Plures recensere brevitate ergo superfedemus, de quibus legi potest *tit. ff. J. de Excus. tut. it. tit. C. Qui dar. tut. poss.*

§. X.

Patet igitur, Magistratus officium esse inquirere sedulo, quinam ad officium tutelæ gerendum idonei sint, nec ne: Nam ad Tutorem tria præcipuè requiruntur, scil. (1.) Amor & benevolentia erga pupillos, (2) Facultas administrandi, & denique (3.) Virtus, ut sit probus, justus, fidelis, diligens, non avarus, non ebriosus, &c. Ad hæc inquam talia probè attendendum erit, antequam Tutoris officium cuiquam deferatur. Non enim sufficit, aliquem in dignitate esse constitutum, aut bona possidere, *l. 21. §. 5. ff. de tut. & curat. dar.* sed & iis, quæ modo diximus, requisitis instructum esse, necesse est; imò cautus esto Magistra-

gistratus, ne tales admittantur Tutores, qui sese obtrudunt officio, aut pecuniam pro hoc munere obtinendo offerunt, *d. l. s. ult.* Tales enim omninò suspectos censemus, tanquam lucrum inde petentes, *Montan. cap. 4. n. 6.* aded enim grave est Tutoris officium, aded onerosum & commodi præmiique ex pers, ut nemo nisi lucri cupidus, ad illud subeundum ultrò sese offerre, aut potiùs obtrudere, credatur.

CAP. II.

De quibusdam administrationem officij Tutoris antecedentibus.

§. I.

Premissis jam præmittendis, ut ad ea, quæ titulus disputationis nostræ promittit, propius nos accingamus, notamus hic acturi de officio Tutoris, ea, quæ ejusdem administrationem necessariò antecedere debent. Antequam enim Tutor etiam rectè & sine defectu datus suum officium aggrediatur ejusdemque administrationem in se suscipiat, quatuor omninò prærequisita antecedant, necesse est juxta *d. Ord. Pol. Imp. de Anno 1548. tit. 32. §. 2. & 3.* & de Anno 1577. *Eod. scil. (1.) Decretum Magistratus (2.) Confessio inventarij, (3.) Juramentum, (4.) satisfactio, sive cautio.*

§. II.

Est autem decretum Magistratus nihil aliud quam datio licentiæ apprehendendi possessionem administrationis, *Zesf. ad ff. tit. de administ. & peric. tut. in Adiriam. n. 1. & 2.* Non enim audeat Tutor administrationem propriam autho.

authoritate occupare, *l. 3. pr. ff. de administ. & per tut. l. 7. §. 1. in fin. ff. de confirm. tut.* & si quæ ante hoc decretum ab ipso Tutore geruntur, ipso jure nulla sunt, *Conf. Argent. vol. 2. cons. 9. n. 8. Mev. ad jus Lub. lib. 1. tit. 7. art. 2. n. 27.* Solet etiam postquam tutelæ administratio decreta est, ab eodem Magistratu decernente Tutoribus dari documentum aliquod publicum, quod vocatur *Tutorium*, quo confirmatio Tutoris facta docetur, ut si aliquando coram alio Magistratu de negotiis pupillum concernentibus sit litigandum, personas suas legitimare & administrationem tutelæ legitimè sibi esse demandatam probare possint, *vid. Illustr. Dn. Lyuck. in Anal. ad Scuv. S. J. C. Exercit. 31. S. 35. Gail. 2. obs. 107. n. 1. Berlich. par. 1. conclus. 10. n. 1.*

§. III.

Secundum prærequisitum quod attinet, incumbit Tutoribus ritè constitutis, antequam administrationem tutelæ aggrediantur: ut omnium bonorum, sive mobilium, sive immobilium, corporalium & incorporalium, jurium & actionum *inventarium* coram personis publicis solenniter confici eurent, *l. 24. C. de administ. tut. l. ult. §. ult. c. Arbitr. tut. l. 7. §. 7. C. de curat. fur.* Sicut enim ante decretum Magistratus gesta Tutoris sunt invalida, ita etiam omnia ejusdem acta ante ritè confectum inventarium sunt nulla. *l. 7. pr. in fin. ff. de administ. & per tut. Montan. cap. 32. reg. 5. n. 4. Myns. 2. obs. 37. Bær. Decis. 53. n. 5.* Atque hæc inventarii confectio non utilis solum, sed & necessaria est tam ratione pupilli, quam ipsius Tutoris: *Illius*, ut possit convenire Tutorem ad rationes reddendas; inventarium enim est caput & fundamentum rationum reddendarum, *Carpx P. 2. C. 11. def. 6. n. 3.*

B 2

Imò

Imò & ex eodem inventario debirores pupilli, chirographis eorum peremptis, de debito convinci possunt; *l. 57. ff. d. t. Hujus*, quia illa confectioe inventarij neglectâ sive omisâ, se culpabilem & suspectum reddit & pœnis illis legitimis, quæ contra eum interminatæ sunt, subjacet, *d. l. ult. §. ult. C. & l. 7. pr. ff. Brunnem. ad l. 24. C. de Administ. int. & Struv. in S. J. C. Exercit. XXXI. §. 36. Montan. cit. loc. n. 43. & seqq.* Nisi fortè necessaria & justissima causæ adsint, quæ eum ob non confectum inventarium, excusare possint, *d. l. 7. pr. ff. Add. Mer. P. 4. Decis. 8. & P. 7. Decis. 282. n. 5. & seqq. & Carpz. cit. loc. def. 4.*

§. IV.

Tertium prærequisitum administrationem officij Tutoris antecedens est *juramentum*. Tenetur enim Tutor jurare: se tutelam absque dilatione suscepturum & omnia præstiturum, quæ sunt in rem pupilli; cauturum itidem quicquid damnosum, *per Novell. 72. s. ult. & l. ult. cum arch. seq. C. de cur. fur. l. ult. §. penult. C. de administ. tut. & cit. Const. Imp. de Anno 1548. & 1577. d. l.*

§. V.

Quartum & ultimum supra memoratum prærequisitum est *satisfactio sive cautio*, fundata quoque in Jure Civili; scil. Tutor ritè constitutus, antequam ad officij sui administrationem sese accingat; per fidejussores, aut aliam sufficientem cautionem præstare debet, videlicet rem pupilli salvam fore, nec in detrimentum abituram, *add. tit. ff. rem. pup. salv. for. & J. de satisfat. int.* Ubi tamen, cum de hisce prærequisitis administrationem officij Tutoris antecedentibus differimus, generaliter norandum, eadem

dem non ubique locorum in Imp. Roman. Germ. singu-
 la hodiè semper strictè observari: quapropter hac in re
 consuetudinem & observantiam cuiusque Regionis & lo-
 ci potius attendere, quàm verbis legum ac Recess, Imp. præ-
 eisè inhærere, consultum erit. Nam quod duo posteriora
 spectat, scil. *Juramentum & satisfactionem* eadem rarissi-
 mè hodiè à Tutoribus præstari videmus. *Conf. Johann à*
Sand. decis. Frisc. lib. 2. tit. 9. def. 9. & seq. Carpz. lib. 5.
Resp. 82. n. II. & seqq. Mey. ad Jus Lub. lib. 1. tit. 7. art. 2.
n. 45. & 53. Struv. S. J. C. d. l. §. 35. Et sanè, quod ipsam
 satisfactionem attinet, si illi Tutores constituantur, quò
 meritò præprimis spectandum, qui bona possident immo-
 bilia, vel aliàs sufficientia, pupillus in iisdem bonis Tuto-
 ris sui ipso jure hypothecam semper habebit, *l. 20. C. de ad-*
ministr. tut. l. penult. C. in quib. caus. ping. l. hypoth. l. Ult.
ff. de tut. & rat. dist. Cumque ita pupillo satis sit cautum,
 Tutores bona immobilia possidentes ulteriori cautione
 siye satisfactione gravandi non sunt, *arg. l. 15. ff. qui satis-*
dar. cog. & Sand. cit. loc. in addition. pr. ibique Carpz. lib.
2. Resp. 77. n. 1. & P. 1. C. 5. def. 14. it. & buc pertinent l.
13. §. ult. in fin. ff. de tut. & cur. dat. l. 8. ff. de cur. fur. l. 6.
§. 1. ff. de tut. & pr. Verb. item ex inquisitione J. de satisfac.
tut. §. 3. J. de Attil. tut.

CAP. III.

De officio Tutoris circa educationem pupilli.

§. I.



Hiæ jam præsuppositis: de officio Tutoris ut
 sic agere animus est. Consistit illud in duo-
 bus potissimum, scil. in genuina pupillorum
 edu-

educatione & rectâ bonorum administratione. Reliqua, quæ ad officium illud spectare videntur, si non *directè, indirectè* tamen huc referri possunt. Quod itaque primum attinet, nempe educationem pupilli, vel pupillorum, videndum est, *Ubi & Quomodo* pupillus legitimè educari queat.

§. II.

De priore patet & manifesti juris est: pupillum apud eum *primariò*, quem pater elegit, educari debere *l. 1. §. 1. ff. ubi pup. educ.* nec ab hac patris voluntate facilè recedendum, nisi contra eum, quem pater destinavit, maligna sit suspicio, *d. l. 1. §. 1. fin. & l. 5. §. 9. ff. de administ. tut.* Lex enim multum confidit iudicio patris circa negotia pupillorum, *arg. l. ult. C. de cur. fur. & l. 16. ff. Eod.*

§. III.

Deficiente verò patris voluntate, apud matrem superstitem educandus est pupillus, *cit. l. 1. C. Menoch. de A. J. 2. libr. 2. ca. 168. n. 2.* quia in ipsa pietas, naturalis affectio & charitas in liberos sine ulla sinistra suspitione præsumitur; *Novell. 94. cap. 1. l. 67. §. 1. ff. de rit. nupt.* Imò & moribus plerorumque locorum, qui Consuetudine ac Statutis utuntur, ipso jure matri educatio liberorum committitur. *Perez. in C. tit. Ubi pup. educ. n. 5.* Ubi tamen Magistratus curam habeat, necesse est, ne pupillus apud matrem vilem, turpem, vel aliàs suspectam de vitâ moribus & religione, sed potiùs apud matrem valde honestam, pudicè vitam agentem, &c. educetur. *Montan. cap. 32. reg. 9. n. 239. 245. & 250. Menoch d. l. n. 5.*

§. IV.

Quod si autem mater ad secunda vota jam tùm transferit

15
7
fieri & maritum superinduxerit, res longè aliter sese habet
*d. l. I. C. Ad. Montan. cap. 16. n. 7. & 12. Gutierrez. de
rut. cap. 9. n. 21.* Matres enim in secundo thoro prioris tho-
ri liberos non tam impensè amare, videmus. Cùm non so-
lum novo marito res liberorum, sed etiam vitam addicant,
*l. 22. verb. sed etiam contra feminas. & c. C. de administr.
rut. Conf. Carpz. P. 2. C. 11. def. 42. ibique Dd.* Eo autem
casu, cum vitricus integræ famæ est & bonâ apud omnes
existimatione gaudet, consentientibus agnatis cognatisque
non matri solùm, sed & ipsi vitrico pupilli educatio con-
cedi potest, *Carpz. d. l. de f. seq. Surd. tract. de aliment.
quest. 13. tit. 4. n. 20.* Verùm, quid juris quoque in nover-
ca, aut patre, qui ad secunda vota migravit, vid. apud *Pe-
rez. cit. loc. n. 7.*

§. V.

Matre non amplius superflite, apud avum tam pater-
num quam maternum, aut aviam paternam sive mater-
nam educatio pupillorum benè ac tutò fieri potest, nullus
enim amor est, qui parentum & ascendentium amorem
vincat, *d. l. ult. pr. C. de cur. fur. & l. 8. §. 3. ff. quod met.
caus.* Quod si autem parentum ac ascendentium nullus
existiterit, educandi sunt pupilli apud cognatos & quidem
à spe futuræ successionis remotiores, *l. 2. C. Ubi pup. educ.*
Curandum enim est, ut sine ulla maligna suspicione pupil-
lus educetur, *leg. 5. ff. Ubi pup. educ. Montan. cit. loc. n. 259.*
Percz. d. l. n. 2. Etenim alia ratio tutelæ, alia educatio-
nis est, nam proximus agnatus potest esse tutor, non sem-
per autem educator. *Brunnem. ad cie. leg. 1. & 2. C. Eod.*
Qui plura de hac materia: Ubinam scil. pupillus morari
& educari debeat, desiderat, *Conf. Menosc. de A. J. 2. sup.
cit.*

16. 20.
cit. loc. item Montan. d. l. n. 230. multis seqq. & Surd. dict. tract. cit. loc.

§. VI.

Pergimus ad secundum visuri: *Quomodo* pupillus educandus vel instituendus sit: Scil. circa hæc duo versatur educatio; ut *vivant & bene vivant* pupilli, ut *quantitate* non solum sed & *qualitate* crescant. Ad *tò vivere* requiritur alimentorum præstatio, ne ea quæ ad victum & amictum pertinent, deficiant. Ad *tò bene vivere* autem recta morum formatio vitæque institutio. In alimentis præstandis considerandum est; non solum à *quibus*, sed & *quomodo* sint constituenda.

§. VII.

Constituuntur alimenta pupillo vel ab ipso Tutore l. 2. *verb. Ceterum si bonus vir &c. C. de alim. pup. præst.* vel à Magistratu, l. 3. *pr. ff. Ubi pup. educ.* Hodiè verò communiter alimentorum constitutio fit ab ipsis Tutoribus, quia pupillis non semper prodest, propalare vires hereditatis, secreta patrimonii & suspectum æs alienum, quod melius est interim taceri, quàm apud acta jus dicentis contra utilitatem pupillorum designari, d. l. 2. C. & *ad eand. Brunn. in C. Zæf. ad ff. tit. Ubi pup. educ. n. 3.*

§. VIII.

In erogandis autem alimentis, Tutor præcipuè spectare debet (1) *qualitatem pupillorum*, (2) *quantitatem patrimonij*, (3) *consuetudinem familiæ & Regionis*, l. 13. *pr. ff. de administ. & per. tue. Mev. ad jus Lub. lib. I. tit. 7 art. 7. n. 18. Mænoch. de A. J. Q. lib. 2. cas. 169. Brunn. ad l. 1. C. de alim. pup. præst. Montan. cit. cap. 32. reg. 9. n. 221. & seqq. Surd. tit. 4. quest. 18. n. 1. & seqq.*

§. IX.

Ante omnia in id intendant Tutores, ut quotannis certis pecunia summam ex facultatibus pupillorum (salva tamen patrimonii substantia) pro educatione & alimentione eorundem percipere possint, non de sorte sed de redditibus seu usuris, si sufficiant, pupilli alendi sunt; imò, ne quidem univèrsus reditus in alimenta deputeretur, sed quatenus fieri potest, ex reditu aliquid debet superesse *l. 3. §. 1. ff. ubi pupill. educ.* Sic etiam tamdiu proprietas rerum pupillarum ob alimenta non alienanda est, quam diu necessitas urgentior vel honestas illud non postulat, pertinet enim ad officium Tutoris, pupilli patrimonium servare, non autem negligenter distrahere aut imminuere. *Conf. Mev. p. 7. Decis. 199. Martin. Coler. in tract. de alim. lib. 2. cap. 2. n. 35.* In ipsa autem alimentorum præstatione Tutor nullam moram facere debet, etiamsi de statu pupilli, vel bonis ejus patèrnis controversia sit. *l. 1. C. de alim. pup. præst.* adeò, ut Tutor negans, se habere pecuniam pupillarem ad alendos pupillos, de mendacio, convictus pendere debeat gravissimas usuras. *l. 7. §. 3. & seqq. ff. de adm. nisl. & per tut. §. 10. ff. de susp. tut.*

§. X.

Possunt autem & debent etiam alimenta augeri cum ipsa persona augetur, *l. 10. §. ult. ff. de alim. v. cib. lig.* Quinimo aucto patrimonio & ista augeantur, & contra diminuto patrimonio diminuuntur quoque alimenta pupilli. *l. 3. §. ult. ff. ubi pup. educ.* Posito verò, pupillum esse egenum quid quæso consilii & unde tunc alimenta sumenda? Sanè Tutor de suo pupillum egenum sine spe recuperandi alere non tenetur, *d. l. 3. §. ult.* sed à propinquis,

C

qui

qui habent proximam spem succedendi, alendus est. *Dn. Lynck. ad J. cum not. Locam. tit. de suspect. tut. §. 9. ibique Carpz. lib. 4. Resp. 59* aut hisce deficientibus, Magistratus alimentationis curam gerat; quem in finem orphanotrophia die Waisen-oder Kinder-Häuser in benè constitutis Rebus publ. constituta sunt, ut ibi alantur pupilli egeni. De alimentis autem pupillo constituendis, *vid. præcipue inter Dd. Gütierz. de tut. P. 2. cap. 2.*

§. XI.

Non autem sufficit ad educationem pupilli, uti supra §. 6. vidimus, alimentorum præstatio sed requiritur etiam ingenua morum informatio. Dantur enim Tutores non rebus solum, sed & moribus pupilli, ut probè ad vitam congruam invalescat. *l. 12. §. 3. pr. ff. de administ. & per. tut. Surd. tit. 3. quest. 7. n. 2.* Rectè sanè Poëta: *à teneris affvescere mul- rum est*, aut secundum proverbium Germanorum: *Jung gewehnett alt gethan* sive was ein guter Ha- cke seyn soll muß frühzeitig gebeuget werden. Qua- re Tutores, qui loco parentum sunt, ni periculum animæ subire velint, omninò tenentur in id incumbere; ut pupil- lis suis media obtinendæ virtutis & evitandi vitia ab ipsa infantiâ innotescant. Cùm enim juvenus ad quævis tur- pia suâ natura inclinēt, quovis modo hinc detrahenda, Præ- primis eorum, quæ ad veram religionem pertinent, cura maxima habenda est. Pietas enim, teste Salomone, omnis sapientiæ virtutisque fundamentum est. Hanc itaque morum informationem, si Tutor neglexerit, non modò pe- riculi, in quod incidit pupillus, participem se facit, sed & Reipubl. infert detrimentum; hujus enim sanè multum in- ter-

terest, juventutem probè & honestè educari atque ad virtutis & pietatis studium incitari.

S. XII.
 Poterit verò Tutor hoc quicquid est officii sui circa institutionem morum pupilli potissimum exercere: quod si eundem probis & honestis præceptoribus commendet, ut, flexili adhuc ætate, sincera ejusdem & integra, nullisque pravitatibus detorta natura toto statim pectore arripiat honestas artes, sive sint liberales sive illiberales; præceptoribus mercedes debitas constituat, debitas inquam, non quàm minimas poterit, sed pro facultate patrimonii & pro dignitate natalium, *d.l. 12. §. 3. Montan. cit. loc. n. 144. & 147. Idem cap. 4. n. 15. & seq.* De cetero & ipse Tutor pupillorum pupillarumvè præceptorem agat, eosdem scilicet quovis tempore & loco & quavis data occasione admonendo, & si opus, increpando, &c. ad exercitium virtutum instiget; hoc si fecerit, conscientiam suam liberavit & futuræ fortunæ pupillorum auctor erit.

CAP. IV.

De officio Tutoris circa administrationem bonorum pupilli.

§. I.

Diximus *s. l. cap. anteced.* consistere officium Tutoris potissimum in hisce duobus: scilicet *in genuinâ pupillorum educatione & rectâ bonorum administratione.* Postquam ergo de educatione, quæ alimentorum constitutionem & morum

informationem complectitur satis haecenus actum, iam ordinis ratio postulat, ut & eorum quae ad rectam bonorum pupilli administrationem spectant, mentionem faciamus. Omnis enim Tutor non personae solum, seu ipsius moribus, sed & *secundario*, sive *per consequentiam* bonis pupilli datur, l. 21. §. 2. ff. de Excus. Haec ipsa autem iam dicta administratio circa bona conservanda, vel circa eadem alienanda, aut distrahenda versatur. Quamvis enim omnis alienatio rerum pupillarium ad conservationem & interesse earum tendere debeat, Struv. in S. J. C. Exercit. XXXI. §. 83. Interim tamen haec duo *Conservationem* scilicet *distraktionem honorum* suo modo & certo respectu distinguere inter se posse, credimus.

§. II.

Notum est illud Poetae: *Non minor est virtus, quam querere, parcere.* Hinc sane iniquum imò prorsus impium foret, bona à parentibus multo fudore magnoque labore collecta, post eorundem fata inutiliter & absque fructu dilapidari. Cumque ergo pupillus ob defectum annorum & iudicii sibi ipsi prospicere inhabilis sit, facile quisquis videt: Tutores, qui à *tuendo* (ut supra notavimus;) nomen habent; ad conservationem bonorum, à parentibus acquisitorum, quantum fieri possit, vi officii & conscientiae suae omnino obligatos esse.

§. III.

Quantum verò ipsam conservationem attingit, incumbit Tutoribus: ut ante omnia pecunias pupillares, aut in emtionem fundorum utilium collocent, aut licito lucro foenori, secundum morem aut consuetudinem Regionis sive Provinciae exponant, quod si neglexerint, usuras vel id quod

quod interest, pupillis refundere tenentur; *l. 158. §. 3. l. 7. §. 3. ff. de administ. & per. tut. l. 24. C. Eod. l. 24. C. de usur.* Equidem Imperator Justinianus in Novell. 72. c. 6. & 7. & Avib. Novissime. C. de administ. tut. hocce jam dictum jus Rom. antiquum introducto certo discrimine sustulit; at tamen Dd. abrogato istius d. Novell. & in usum revocato veteri jure, jus Romanum antiquum hodie rursus introductum esse volunt; inter quos *Mev. P. 7. Decis. 200. n. 6. idem ad jus Lub. lib. 1. tit. 7. art. 13. n. 31. & segg. Corbmann. vol. 4. Resp. 9. n. 69. Carpz. P. 2. Const. 11. def. 22. Johann à Sand. in Decis. Fris. lib. 2. tit. 9. def. 13. & novissime Illustr. Dn. de Lynck. in Analect. ad Serw. S. 7. C. Exercit. 31. §. 37.*

§. IV.

Notandum tamen dari quosdam casus, in quibus hæc Tutoribus incumbens necessitas aliquando remittitur, videlicet; (1.) si vel prædianon inveniatur venalia, aut saltem inutilia, (2.) quando deficit securè utiliterque faciendi occasio, *l. 12. §. fin. de administ. & per. tut. l. 3. C. de usur. pupill. Mev. ad jus Lub. lib. 1. tit. 7. art. 13. n. 36. (3.) quando pupillus ipsa pecuniâ indiget ad suos necessarios usus, id. *Mev. P. 7. Decis. 200. n. 10. ibique Besold. cons. 326. n. 7. & demique (4.) si modo dicæ saltem pecunia summa ad sit,* quam tutor non tenetur immobilibus comparandis applicare, aut redditus, sive usuras eâ comparare, sed officio suo satisfacit pecuniam conservando pro alimentis pupillorum *Perez. in C. tit. de administ. & per. tut. n. 14. Dn. Lynck. ad Serw. S. 7. C. Exercit. XXXI. §. 37. ibique Rich. Decis. 13.* In his sanè enarratis casibus, consulto faciunt Tutores, quando pecuniam pupillarem apud Magistratum*

deponunt & de adhibita diligentia protestantur, ita enim à suspitione illa, quasi ipsi usi fuissent pecuniâ, aut aliâs eam otiosam servassent, liberantur. *Serv. in Decis. Sabb. cap. 22. Decis. II. Dn. Stryk. de Caut. Contr. sect. 3. cap. 2. §. 4. §. V.*

Insuper etiam Tutoris officium in conservatione bonorum pupilli eò pertinet, ut cum ab aliis, tum à se ipso debita sive usuras annuatim exigat. *l. 9. §. 4. l. 5. §. 4. l. 40. §. fin. de administr. & per. tut. l. 18. C. Eod.* Et hæc usura si tantæ sint, ut præter alimentationem, aut alios necessarios sumptus pupilli pupillorumvè, quædam in residuo maneat, illæ iterum in prædia collocandæ, vel fœnori exponendæ sunt. *Mev. P. 8. Decis. 78. n. 5. ibique Decis. conf. 192. n. 2.* Morosi verò debitores sine cautione de rato compelli possunt, *l. 23. ff. de iur. lit. & l. 13. C. Eod.* & si sæpius factâ interpellatione non solvant, ad venditionem pignorum procedendum est; *d. l. 18. C. Tenentur enim Tutores ratione officii sui actiones pupillorum instituire & suscipere.* Nam pupillos indefensos relinquere juri non convenit. *l. 30. ff. cit. loc. & l. 28. C. Eod.*

§. VI.

Nec sufficit, debita ab aliis exigere & solutionem illam, quæ pupillis faciendâ est, rectè curare, sed etiam ea, quæ à pupillis aliis debetur, à Tutoribus non est negligenda, ne protrahendo solutionem res pupillares periculo exponantur; veluti pecunias pro oneribus publicis, vel canone emphyteutico, seu censu debitas, &c. solvere debent - si quod enim damnum inde contigerit, ex substantia sua Tutores pupillis refarcire debent, *l. 23. C. de administr. tut.* Ita etiam Tutores conditionem illam sub qua pu-

pil-

pillo donatum est, implere; bonaque alienata in termino ad redimendum concessio recuperare, necesse habent; secus tenentur ad interesse, *l. 21. C. cit. loc. Montan. cap. 32. reg. 9. n. 280. & seq. Perez. in C. d. t. n. 9. & seq.* Præprimis autem bona pupillaria, alii obligata tum sunt redimenda, si pupillo hoc expediat. Et si pupilli bona quædam feudalia possideant, summo opere solliciti esse debent Tutores: Ut casibus contingentibus intra annum & diem renovationem feudi, pupillorum suorum nomine ne eodem priventur, petant *Siruv. J. R. F. lib. 1. tit. 21. §. 15. fin.*

§. VII.

Referimus tandem etiam inter officia Tutoris conservationem spectantia, *reparationem ædificiorum ruinorum*; scilicet quæ vento, imbribus aliisque tempestatibus labefactata undeque patent. Nam & inter alia quoque Tutor de ædibus, ruinam minantibus *cautionem de damno infecto* nomine pupilli promittere debet, *l. 15. §. 29. ff. de damn. infect. add. l. 3. §. 1. ff. de rebus eorum, & c.* Quare Tutores ante omnia curam habeant: ne ruinam minantes ædes prorsus collabantur, sed tempore eas reficere curent; melius enim est prævenire, quàm præveniri; Præcipuè cum non solum pertineat ad decus urbium, ædificia non derelinqui, *l. 20. §. 10. ff. de nov. oper. nunc.* sed interest Reip. publicum civitatis aspectum ruinis non deformari. *l. 2. C. de ædif. priv. Perez. in C. Eod. n. 7.* Neglecta autem hac cura, Tutores pupillis suis iterum ad omne interesse & damnum tenentur, *l. 22. verb. Ergo & domus. & c. C. de Administr. tut.* Et hæc de conservatione bonorum pupilli, sequuntur jam, quæ circa alienationem eorundem notanda.

§. IIX,

§. IX. *Omne alienationem pro interesse pupilli fieri debere, secundum supra dicta, præsupponimus. In ipsa autem alienatione bonorum pupilli probè attendendum ad ipsa bona, mobilia sicut, an immobilia: si mobilia, an servando servari possint, nec ne. Dicuntur autem bona quæ servari non possunt illa, quæ ultra triennium in naturali sua bonitate sine corruptione conservari non possunt; Gloss. in L. i. C. si advers. usucap. it. quæ usu consumuntur; veluti frumenta, fructus, vestes, &c. Hæc talia sanè Tutores pro suo arbitrio propriaque autoritate sine decreto in usum pupillorum vendere possunt, secundum communem Dd. opinionem. Opus autem hic est singulari industria, ut scilicet Tutor confestim officio suo fungatur, atque ejusmodi bona, quæ servando servari non possunt, vel tempore depereunt, sine mora & cunctatione, bonâ fide iusto, quæ pretio vendat; secus periculum ejus est. L. 7. §. i. ff. de administr. & per. tut. l. fin. §. fin. C. Eod. Struv. Decis. Sabb. sup. cit. loc. Decis. 4. & omnino Mey. Part. 4. Decis. 9. Richt. Decis. 13. n. 19. Nec tamen tenetur Tutor frumenta, vinum, oleum, fructus ad illud tempus servare, quò carius vendi possint; cum illud sit incertum; nec ad alium locum illiusmodi res transportare, sed officio suo satisfacit faciendo, quod bonus paterfam. in suis rebus facere solet, l. 33. pr. ff. cit. loc. Perez. in C. dict. tit. n. 40. Idem quod de bonis, quæ servari non possunt, diximus; etiam de actionibus cum tempore perituris, dictum volumus. arg. l. 14. pr. ff. de reb. autor. jud. poss. pari enim hic opus est industria, ne quid damni ex incuria pupillo suboriat.*

§. IX.

XII Quod si autem spectes bona mobilia quæ servari possunt,

sunt, ut sunt aurum, argentum, gemmae, annuli, in genere omnia pretiosa, nisi urgens adsit necessitas, alienari non debent. *l. 22. pr. C. de administ. & per. tut. Montan. cap. 32. n. 139. & seqq.* Imò, ne quidem in casu necessitatis mobilia semper præ immobilibus distrahenda esse, statuit Francisc. Vivi. *Commun. Opinion. lib. 2. opinion. 41. n. 6. 7. & seqq.* quam suam sententiam exemplis & rationibus non vulgaribus *dict. loc.* illustrat. Me certè iudice, iudicio hic opus est; ut Tutor in tali alienatione diligenter secum pensitet, quid pupillo magis expediat, atque hoc ceteris omnibus posthabitis, impigrè exsequatur. *Conf. Med. P. 8. Decis. 79. n. 4. & P. 5. Decis. 32. n. 4. Montan. cap. 32. reg. 9. n. 275.*

§. X.

Si autem bona sint immobilia, ratio est par mobilium quæ serendo seruari possunt, alienatio à Tutore absque certis in iure præscriptis solemnitatibus & requisitis validè fieri non potest, *cit. leg. 22. C.* Sunt autem illa tria potissimum: (1) *iusta alienandi causa*, v. g. si bona inutilia sint, aut æs alienum solvi debeat; *l. 12. C. de præd. min. sine decret. non alien. l. 5. §. 9. ff. de reb. eorum, qui sub tut. & c.* (2.) Adhibeatur *legitima cause cognitio*. Non enim sufficit causam adesse, nisi ad alienationem sufficiens à Magistratu deprehensa & cognita fuerit. *l. 6. l. 11. C. cit. loc. & d. l. 5. §. 10. l. 7. §. 3. ff. Eod.* (3.) Prævià plenà causæ cognitione demum accedat *decretum solenne Magistratus*, quo decernitur, rem alienari posse. *l. 6. & ult. C. Eod.* Et hæc tria requisita conjunctim sunt necessaria, ita, ut iisdem non attentis, non solum alienatio sit ipso jure inutilis & nulla, *l. 1. cit. leg. 5. §. 9. ff. Eod. & l. 2. C. Eod. Add.*

Montan. cap. 33. n. 1. & seqq. C. arzp. P. 2. C. n. def. 28. sed & rei alienatæ dominium maneat apud pupillum, qui vel rei vindicatione uti, l. 16. C. d. l. Conf. Struv. in S. J. C. Exercit. XXXI §. 85. aut adversus ipsum Tutorem actionem personalem ad interesse instituere potest. vid. Carpz. lib. 5. Resp. 76. n. 1. & 2. fecus autem, si à Tutore distractio legitimè facta est. l. 12. §. 1. ff. de administ. & per. tut. §. XI.

Nec integrum est Tutoribus eadem ratione sine præseitu & decreto Magistratus, pupillorum prædia aliaque bona ad longum tempus locare; uti ex communi sententia omnium Dd. benè monet Alexan. Conf. 127. vol. 5. Dicimus autem locationem ad longum tempus, quæ sit ad decenium, vel ultra, aut ad vitam locantis vel conducentis, Pinell. de bon. mat. l. n. part. 3. n. 63. ibi Dd. De tali inquam locatione idem hoc in passu judicare licet, quod de alienatione, scilicet utrobique requiri consensum & decretum Magistratus. Francisc. Vivi. lib. 3. Opin. 107. n. 2. ibique passim. Idem n. 4. & seqq. ubi hujus rei rationem habet. Quæ porrò circa alienationem, decretum Magistratus requirentem, notari possunt vid. t. t. ff. de reb. eorum, qui sub tut. & c. & C. de præd. & aliis reb. & c. De illis casibus autem, in quibus Decretum ejusmodi non desideratur & aliis huc pertinentibus, legatur t. t. C. Quand. decreto opus non est, & ad hunc Brunnem. C. Struv. d. l. §. 87. Montan. cit. loc. n. 144. 147. & seqq. idem n. 167. & 172. & seqq.

§. XII.

Et hæc, quæ de alienatione & locatione ad longum tempus diximus, etiam de quibusdam contractibus qui

pupillorum nomine à Tutoribus fiunt taliusmodi objectum agnoscunt, intelligi volumus. Scilicet tunc transigere, permutare, donare &c absq; Decreto Magistratus Tutoribus non licere, adeò, ut hoc non observato, transactio sit ipso iure nulla; uti expressè vult Gloss. in leg. 1. C. si aduers. tranct. in verb. Uteris. Bald. ibid. n. l. Bart. simul n. 2. & l. 4. C. de pred. aliis reb. Transactio enim est species alienationis. Videri tamen possunt huius rei exceptiones apud Montan. sup. cit. cap. 33. n. 247. 289. & seqq. Ita etiam Tutor benè donare potest ex causa remunerationis, pietatis, nec non in utilitatem pupillorum. Dn. de Lynck. in Anal. ad Struv. s. J. C. Ex 31. § 83. Carpz. dic. loc. def. 48.

§. XIII.

Quemadmodum verò Tutoribus prohibitum est secundum jam dicta alienare, transigere, aliosve contractus absque decreto Magistratus inire; ita & pupillis ipsi alienandi, locandi & transigendi & quoscunque contractus, ex quibus obligationes mutuae nascuntur, conficiendi licentia deneganda est, ob periculum deteriorationis bonorum, in quod utpotè plenario rationis usu adhuc destituti, quam facillimè incidere possunt. Quare secundum communem Ictorum opinionem; Quoties pupillus infantie, vel pubertati proximus est obligandus, toties necessaria est Tutoris auctoritas. pr. J. de aut. tut. Quæ auctoritatis præstatio nihil aliud est, quam negotii liciti & perfecti inter vivos, quod à pupillo infantie vel pubertati proximo geritur, expressè & purè statim interveniens presentis Tutoris approbatio. l. 38. § 9. §. 5. ff. de aut. tut. §. 2. J. Eod. § l. 25. §. 4. ff. de acquir. vel o. mitt. hered. Quod si quis vero ausus fuerit cum pupil-

D 2

lis

lis absque hac interveniente autoritate, contrahere, sciat, se rem frustraneam agere. Nulla enim obligatio cadit in pupillum sine autoritate Tutoris ob defectum Judicii *d. pr. in fin. §. l. 41. ff. de cond. indeb. l. 59. de O. & A. l. 189. de R. J.* Et de hac autoritate fusiùs, imò speciali capite agere possemus; cum verò ad officium Tutoris, quod in recta bonorum administratione consistit, hæc autoritatis à Tutore præstatio commodè referri possit; brevitatis causa hæc saltem monuisse, sufficiat. Qui plura hac de materia desiderat, legat *t. r. §. ff. C. de Aut. tut. præcipiis etiam Montan. cap. 30.* ubi satis eruditè de eadem disserit, variasque exceptiones & casus huc spectantes, tradit, & *Dd. incir. tit. passim.*

CAP. V.

Continens quadam necessaria connexa Officii Tutoris.

§. I.

Postquam in præcedentibus, in quo officium Tutoris potissimum consistat, satis superque pro ratione instituti nostri ostensum sit, opere jam pretium erit, quædam, quæ dictum illud officium necessariò concomitari debent, quàm brevissimè hic addere. Connexa sunt inquam necessaria, sanè non prætereunda & quidem (1.) quæ diligentia in administratione tutelæ à Tutore sit præstanda; (2.) quæ actiones Tutorem inter & pupillum intercedant, (3.) quænam de ritè factâ administratione tutelæ sit ratio reddenda.

§. III.

Quod primum attinet, scilicet quæ diligentia à Tu-
tore in actibus officii sui sit præstanda, omninò Juris in-
dubitati est, Tutorem circa ipsam administrationem rerū
pupillarium eandem diligentiam adhibere, quam bonus
paterfam. in suis rebus non solet, sed debet facere; alioqui
tenetur de propriis pupillo, *l. 1. pr. de tut. & rat. dist. l. 33. pr. l. 13. §. 1. l. 10. de administ. & per. tut. l. 1. C. si tut. vel cur. non gess.* Caveat ergò sibi Tutor, ne quid ex dolo
agat, aut culpam latam vel levem in se contrahat; nam quò
magis pupilli læsioni sunt obnoxii, eò major utique re-
quiritur diligentia à Tutoribus, utpotè qui defendendi &
damnum quodvis avertendi causâ dati sunt, *vid. Struv. in
differt. de dol. culp. & cas. §. 81. n. 2.*

§. III.

Equidem notum est ex *l. 7. §. 2. de administ. & per. tut. in ex l. 2. C. Arbitr. tut.* Tutorem aliquandò saltem
de latâ culpâ teneri, præprimis cum etiam bonus paterfam.
in iisdem ibidem occurrentibus casibus facillè falli & in le-
vem culpam incidere possit. Dantur tamen etiam casus;
ubi tutores non de levi solùm, sed & de levisimâ culpa te-
nentur; v. g. si Tutor sese tutelæ obtulerit, aut si præ Con-
tutoribus administrationem, oblatâ satisfactione, postula-
verit, *per l. 53. §. 3. ff. de furt. vid. Habn. ad Wesenb. tit. de tut. & rat. dist. ab. n. 5.* Videtur enim tum exactissimam
diligentiam pollicitus. *Frantzke. Exercit. 3. quest 9. & Struv. differt. disp. cit. loc.* Ceterum vim majorem & ca-
sum fortuitum quod attinet, hunc Tutor præstare non te-
netur, *l. 50. ff. de administ. & per. tut. & l. 4. C. de per. tut.* nisi forsan mora aut culpa casum præcellerit; *l. 5. §.*

4. ff. commod. § l. 23. de V. O. *Qualies verò à Tutoribus ex dolo aut culpâ tam latâ, quàm levi, uti jam dictum, commissum quid, siue non acquisitum, cum potuisset acquiri, eodâ illi in tutela iudicium incidunt; d. l. 1. pr. ff. § l. 7. C. l. 21. C. de administ. tut. ne eorum negligentia impunita maneat.*

§. IV.

Hinc de secundo, cuius §. 1. cap. huius mentionem fecimus, scilicet quæ actiones Tutorem inter & pupillum intercedant, sciendum est etiamsi tutela non contractus *Propriè* sic dictus, sed saltem *quasi contractus* sit, dari tamen ibi mutuam quandam obligationem Tutoris erga pupillum, & vice versa, §. 2. *J. de obligat. que ex quasi contr. nasc.* § l. 5. §. 1. de O. & A. & nascuntur hinc mutua actiones, quarum una *directa*, altera *contraria* dicitur. Actio tutelæ *directa* datur pupillo & ejus hæredi contra Tutorem & ejus hæredem: Actio verò *contraria* datur Tutori & ejus hæredi contra pupillum & ejus hæredem.

§. V.

Consistit autem actio tutelæ *directa*, quam pupillus & ejus hæres contra Tutorem ejusque hæredem habet in eo: ut scilicet Tutor finitâ tutelâ res juxta inventarium restituar, rationes reddat, reliqua solvat & damna præster. *vid. t. ff. de tut. & rat. dist. & t. C. Arbitr. tut.* Ubi tamen probè observandum; non contra hæredes Tutoris aequè eodemque modo & qualitate, quàm contra Tutores ipsos actionem hanc dari. Hæredis enim de dolo & latâ culpâ solum, de levi autem non item quoad facta Tutoris defuncti tenentur; *l. 1. l. fin. C. de hered. tut. & c. § l. fin. §. 1. ff. de fidejuss. & nomin. Carp. P. 2. C. 11. def. 35. Quo-*

mo-

Quomodo verò plures Tutores, qui tutelam administratio-
nem gesserunt, ratione hujus actionis directæ conveniri de-
beant, *vid. apud Struv. in S. J. C. Exercit. 31. §. 39. Zesf. ad
ff. tit. de tut. & rar. dist. n. 6 Brunneman. in C. ad l. i. & seq.
de divid. tut. & c.* De ipsa autem hac actione directâ
pupilli contra Tutorem; *conf. pluribus Montan. cap. 39.
per tot.*

§ VI.

Actionem tutelam contrariam, quæ Tutori, ejusve hæ-
redi, finitò officio, contra pupillum & ejus heredem da-
tur, eam dicimus, vigore cuius, pupillus tenetur impensas
restituere; Tutorem à fidejussoribus; ejusque bona ab-
onere pignoris liberare; & aliaque damna & impensas re-
fundere. *d. §. 2. §. in fin. & c. ff. de contr. tut. ad.* uti enim
nullum, ita nec hoc officium Tutori debet esse damno-
sum; *l. 61. §. 5. ff. de furt. Surd. di. et. tract. tit. 6. quest. 14. num.
3.* Attendat tamen Judex, qui in contrario hoc Judicio
cognoscit, diligenter necessitatem & utilitatem pupilli, &
an Tutor ex officio & bonâ fide impensas fecerit, nec ne?
*l. 2. pr. ff. ubi pup. educ. Perez in C. tit. de contr. jud. tut. num.
2. Montan. cap. 40. num. 52.* Non autem obligatus est pupil-
lus hac actione contrariâ Tutori ad remunerationem quan-
dam; nec competit Tutore ratione officij sui salarium si-
ve honorarium aliquod, quippe tutelam officium suam naturam
est gratuitum, *l. 58. princ. in fin. ff. de administ. & per. tut. l.
9. ff. de tut. l. 38. ff. de neg. gest.* nisi forsan alia quædam justæ
causæ adsint, aut speciales casus, in quibus contrarium
locum habet. *l. 33. §. in fin. ff. de administ. & per. tut. Add. Struv.
in Decis. Sabb. cap. 22. Decis. ult. in fin. Coler. de aliment. lib.
2. cap. 6. num. 21.* Plura de hac actione tutelam contraria legi-
merentur

32: 205
merentur apud sapius *cit. Montan. d. cap. per tot. & Surd.*
tit. 3. quest. 7.

TH. VII.

Tertium denique necessarium officij Tutoris con-
nexum est, ut supra §. I. dictum, de ritè, sive legitime factâ
administratione tutela *rationum redditio*. Nam qui alio-
rum negotia tractant, tenentur ad rationes reddendas, l. 2.
ff. de Neg. gest. Menoch. de A. J. 2. lib. 2. cas. 209. Notamus
hic: (1) *Ubi*, (2) *Quando*, (3) *Quomodo*, & (4) *An semel*
reddita rationes denuò à Tutore reddi debeant. Regula-
riter Tutores rationes reddere debent eo in loco, ubi bo-
na administrata sunt, non autem ubi domicilium habent,
l. 1. *ibique Glos & Dd. C. ubi de ratiocin. l. 5 § 1 ff. de Procu-
rat. Mev. P. 5. Decis. 298. & P. 8. Decis. 267.* Ratio est: quia
in loco administrationis instructio sufficiens, nota testi-
monia & verissima documenta, quibus Judex instrui solet,
præstari possunt. l. 2. *C. d. l. conf. Frantz k. lib. 2. Resolut. 26.*

TH. IIX.

Tempus autem rationum reddendarum quod spe-
ciat, notum est: hodiè secundum ductum Juris Can. in
Clement. 2 §. 1. de Religios. dom. & juxta Const. Pol. Imp. de
Anno 1548. tit. 31. & de Anno 1577. tit. 32. Tutores singulis
administrationis suæ rationes reddere teneri; vel sua spon-
te & irrequisiti non demum exigente Magistratu, vel sal-
tem ad has requisiti, *vid. Carpz. d. l. def. 2.* Excipit autem
ab hac annua rationum redditione agnatos Dn. de Lynck.
in Anal. ad ff. tit. de Attil. tut. § ult. num. 14. ibique Carpz.
tit. loc. def. seq. Apud plerosque tamen, uti etiam apud
Nos, more receptum est: Tutores annuatim ad rationes
suæ administrationis reddendas per proclama citari solere,
&

& tum comparere tenentur coram deputatis, e. gr. quibusdam ex Senatorio Ordine, quos Germani *Waysen-Herrn* / sive *Waysen-Männer* vocant. Atque hæc annuatim fieri solita rationum redditio tam privatim, quam publicè expedit. *Mev. ad Jus Lub. lib. tit. 7. art. II. num. 22. in fin.*

§I IX.

De modo autem rationum reddendarum observandum, (1.) Rationes à Tutoribus legendas & discutiendas offerri debere; ideò ut examinari possint computationes & disputationes probè ne, an improbè factæ, & an accepta & data rectè relata sint, nec ne. *Add. l. 82. ff. de cond. & demonstr.* Atque hæc rationum oblatio non inexplicatè, inexplicatè, aut confusè, sed satis distinctè fieri debet; *Montan. cap. 38. n. 5.* Hinc & ipsa volumina sive libri rationum ad examinandas & excutiendas rationes exhiberi debent, pro quo existat eleg. textus in *l. 6. §. fin. ff. de statu liber. l. 1. §. 3. ff. de tut. & rat. distrab. Carpz. 5. Resp. 75. n. 2.* ibique Dd. (2.) Inventarium etiam solenniter factum à Tutoribus exhibendum est, *d. l. 1. §. 3.* Hujus enim fidem in reddendis rationibus sequimur; eò quòd bona pupulli in eò ritè censeantur conscripta & rerum mobilium æstimatio facta; *Perez. in C. tit. arbit. tut. n. 8. Zes. ad ff. tit. de tut. & rat. distr. n. 3.* (3.) Deniq; post redditas rationes reliqua, & quæcunq; solvi pupillis debent, sunt reddenda & solvenda, *d. l. 82. §. 6. §. fin. l. 8. §. 5. ff. de liber. leg. l. 13. §. 2. ff. de stat. liber.* Quanam autem reliqua dicantur, vid. apud *Montan. cit. loc. n. 18. 19. & aliquot seqq.* Paucis, ipsa rationum redditio Tutores ad hæc duo potissimum obligat, scil. (1.) Ad faciendum; incumbit enim iis rationes edere & computare, (2.) Ad

E

das.

dandum; tenentur enim etiam ea, quæ penes se reperiuntur habere, solvere & extrahere, *per cit. text. Conf. bic Wesenb. Consil. part. 1. cons. 47. & part. 3. cons. 120. n. 22. & seqq.*

§. X.

An verò rationum semel redditarum interveniente etiam liberatione, quæ per quietantiam vel subscriptionem & approbationem rationum fieri solet, rationes, denuò sint reddendæ, quæri poterat? quod regulariter negandum, ob enormem tamen lesionem, aut si apparuerit dolo esse redditas rationes, (quibus in casibus habentur pro non redditis) de novo istæ reddi debent. *Meyoch. cit. loc. n. 39. Mey. ad jus Lub. d. l. n. 23. & 28. Montan. cit. cap. 38. n. 133. & seqq.* Imò etiam ob errorem calculi iteranda est rationum redditio, *l. un. C. de error. calc. Add. Corbmanna. vol. 5. Resp. 30.* Calculatio enim malè facta denuò reducenda est ad rectam compositionem & veritatem *per cit. l. un.* Quando autem error calculi locum non habeat, vid. latè apud *Montan. cit. loc. n. 155. & seqq.*

CAP. VI.

De Modis, quibus administratio officii Tutoris finitur.

§. I.



Tque hoc, quod hæcenus tradidimus Tutoris officium, etsi damnosum esse non debeat, valde tamen onerosum esse, supra *cap. 1. §. 10. sub fin.* diximus; Imò & quilibet, qui vel micam

cam salis habet, facile perspicere potest. Est autem onus non perpetuum, sed temporaneum, cum enim omnium rerum dentur vicissitudines, etiam hocce officium Tutoris periodos suas habere, sciendum est. Ponimus autem hic tres modos, quibus Tutoris officium solvitur & finitur. Primus modus afficit pupillum solum, secundus Tutorem solum, tertius utrumque.

§. II.

In respectu ad pupillum solum finitur tutela, sive officium Tutoris: (1.) *pubertate, pr. Inst. Quib. mod. tut. fin. l. 25. ff. de tut. dat. l. 4. ff. de tut. & rat. distr. l. 1. & fin. C. Quand. tut. esse desin.* Nam postquam pubertas accesserit pupilli pupillave, sibi ipsis quadantenus consulere, seque regere possunt. Cumque ad generandum apti sint, etiam ad tuitionem sui idonei creduntur. *Monacan. cap. 37. n. 2.* Sicuti autem consuetudo altera lex est, ita & hodiernum, propriis in Germaniam more receptum est, Tutores etiam post pubertatem pupillorum officium suum continuare & ad legitimam usque ætatem, sive majorennitatem Jure scil. communi annum XXV. Saxonico autem annum XXI. completum, res pupilli gerere & curare. *Conf. Gail. 2. Obs. 96. n. 1.* Et quamvis quibusdam in locis officium Tutoris pubertate desinat, tamen is, qui Tutor fuit, etiam absque inerruptione, vel invito tenetur remanere Curator; ita ut hac ratione tutela in curam mutetur. Solvitur etiam tutela ex parte pupilli, (2.) *Capitis minima diminutione; §. 1. & 4. Inst. dict. loc. l. 14. pr. ff. de tut.* Enim verò tutela versatur circa hominem sui juris secundum §. 4. *cap. 1. Disp. nost.* Pupillus autem minimam patiens capitis diminutionem desinit

nit esse sui juris, & transit in potestatem & familiam arrogantis; hinc operâ & auxilio Tutoris non amplius indiget, sed potestatem ejus egreditur. §. II. de adoption. Paucis: Quoties pupillus pupillare prioris sui status, mutationem patitur, v. g. per adoptionem, arrogationem & nuptiarum celebrationem, &c. toties Tutor ab officio suo liberatur.

§. III.

Dantur autem etiam ex parte Tutoris modi duo, quibus Tutor esse desinit; quorum primus & quidem proprius est: Excusatio sive allegatio immunitatis à tutela, ex justa causa legibus approbata, §. ult. ff. Eod. Quae causa Tutorem excusantes, etiam si sint varia, ut videre est in l. 1. ff. C. de excusat. tut. Tamen ad sequentia quatuor potissimum capita reduci possunt: Scilicet (1.) Privilegium. (2.) Impedimentum (3.) Inhabilitatem, & (4.) denique sinistram rei malè gerenda opinionem. Secundus huc spectans modus est Suspecti postulatio, quâ Tutores, qui negligent, vel non ex fide officium suum gerunt, coram Magistratu competente suspecti postulatur, & convicti removentur. d. §. ult. ff. C. l. 1. §. j. de suspecti. tut. l. 2. §. 3. C. Eod. Quin imò Magistratus, cujus est dare Tutores, nullâ etiam prævia accusatione ex officio obligatus est in facinorosos Tutores inquirere, eosdemque à tutela, tanquam suspectos removere; præprimis si de re malè gestâ ex apertissimis argumentis ipsi liqueat, l. 3. §. 4. ff. Eod. & secundum sæpè alleg. Ord. Poliz. de Anno 1577. tit. 32. §. 3. sub fin. Atque hæc ratio est, quod ob hanc scilicet inspectionem Magistratus communiter Tutor supremus, Germanicè der Ober-Vormund dicatur.

Quod denique modos attinet utrumque, tam Tutor
rem, quam pupillum afficientes, quibus & tutela, sive of-
ficio Tutoris finitur; duo iterum occurrunt, & quidem
(1.) *Temporis*, ad quod pupillo testamento Tutor datus est,
lapsus; hoc enim præscripto tempore, etiam *conditione*
existente, administrationem officii sui Tutor deponere
potest, imò ipso jure Tutor esse desinit, §. 2. & 5. J. *Quib.*
mod. tut. fin. l. 14. §. 3. & fin. ff. de tut. l. 8. §. 7. ff. de test.
tut. l. 3. §. 7. ff. de susp. tut. (2.) Huc pertinet: *mors na-*
turalis, §. 3. J. *Eod. l. 4. pr. ff. de tut. & rat. distr.* *Mors*
idem civilis nempe capitis diminutio, *maxima & media*,
§. 4. J. *Eod. & cit. leg. 14. §. 2. ff. l. 7. §. 1. ff. de tut. & rat.*
distr. Cùm enim mors naturalis omnia solvat, sanè et-
iam ea, quæ personæ cohærent, cum eadem personâ per
mortem simul exstinguuntur, nec ad ejus hæredem
transcunt, *l. 16. §. 1. ff. de tut.* quia certæ tantum personæ
fides ac industria est electa, *leg. 57. ff. Mandat. & l. 9. ff. de*
curat. fin. Interim Tutor, mortuo pupillo, negotia cœ-
pta perficere tenetur, *l. 21. §. 2. ff. de Neg. gest.* itemque
Tutoris defuncti hæres negotia pupilli à Tutore inchoa-
ta ad finem perducere obligatus est, *l. 1. & 4. ff. de fidei-*
juss. & hered. tut. & arg. l. 40. ff. pro soc. De ratione au-
tem, cur per maximam & mediam capitis diminutionem
Tutoris officium finiatur, videri potest *Montan. cit. cap.*
37. reg. 2. n. 120. & Inst. cum not. Locam. d. §. 4. Quib. mod.
tut. fin. n. 6.

§. V.

Et hi sunt modi, quibus officium Tutoris solvitur,
qui cum locum invenerint, eo ipso Tutor desinit esse talis,

ita tamen, ut ante plenariam officii abdicationem genera-
 lem suae administrationis rationem ad normam, quam
cap. praec. §. 9. tradidimus, reddat. Quae praesertim, Tutor
 non ab officio, solum, sed & omni obligatione pupillorum
 nomine liberatus est. Neque etiam talis Tutor, qui ri-
 tē administrationem suam deposuit, ratione gestorum, vel
 contractuum, nomine pupilli initorum, conveniri am-
 pliūs potest, *Carpz. P. 2. C. 11. def. 24.* Hinc & eo casu,
 quo quis tutorio nomine condemnatus fuit, finita tute-
 lla, non ampliūs contra Tutorem, sed contra pupillum pu-
 pillamvē utilis iudicari actio ordinariē est instituenda, *l. 1.
 §. 5. & l. penult. ff. Quand. ex fact. Tut. it. l. 1. & penult.
 C. Eod. l. 26. verb. Invenimus. C. de administ. tut. Conf.
 Carpz. lib. 5. Resp. 77. & seqq. Berlich. Decif. 13. n. 1.* Plu-
 ra de hac materia adducere, supersedeo; ampliorem
 de eadem differenti campum dabunt Dd. in Disp.
 hac nostra passim cit. ad quos

B. L. remitto.

DEO interim, pupillorum minorumvē Patri &
 Patrono, sic laus, honor & gloria in Se-
 culorum Secula.





Victos Bellona Duces, Lauroque coronat
 Magnus Apollo suos, donat quoque premia Pallas
 His quicumque ejus nituntur firmiter armis;
 Tu quoque Sancta Themis digno veneraris honore
 Juris Cultores, hos inter ROSE videtur,
 Justitiae qui castra diu sectatus, amore
 Ductus, inexhausta Themidos ex arce referre
 Hanc, quam promeritis flexisti Astraea coronam.
 Des ergo Merito Musarum munera Praeses.
 ROSE triumphabis, video modo tota laborat
 Te exornare Themis, flectit modo Nympha coro-
 nam,

Ergo Tibi do mihi tuatam nobile grator
 Mi dilecte, decus, quin portes gaudia Matri
 Atque Tuis, tibi sincerus sic optat amicus
 Utque ad majores laurus tibi prosit honores,
 Optat perpetuus fido de pectore Servus.

Qui sum & semper manebo

JOANNES CHRISTOPH. SURTHO,

Stormedenâ-Westphalus, J. U. Stud.

Quod!


Quod fuit in votis, quod totâ mente petisti,
 Ex quo Musarum non piget arma sequi,
 Ut nisi victrici redimitus tempora lauro,
 Nunquam Palladio cedere monte velis:
 Hoc te in presenti video splendore potitum,
 Victorem è lucta hac quando videre licet,
 Ecce Tibi meritos Phœbus gratatur honores
 En solium Tibi quod diva Camœna parat?
 Scande modo, restat supremum ferre laborum
 Lucrum, & supremâ cingere fronde caput.

Ita vocet ex animo

FERDIN. CONRAD. HOLSTEIN,

Padibornâ Westphalus, LL. Stud.






ULB Halle
005 355 346

3







B.I.G.

Farbkarte #13

JURIDICA INAUGURALIS,
DE ^{1704, 3}
FICIO
TORIS,
QUAM
ANNUENTE DEO
EX
TO ET AUTHORITATE
TI JCTORUM ORDINIS
IN
TRI ACADEMIA HIERANA
P R E S I D E
H. HENR. Meiern/
REGIM. CONSIL. PROF. DECR.
ULT. JURID. DECAN. SENIOR.
C. PROVINC. ASSESS. &c.
PRO
CENTIA,
que Jure HONORES & PRIVILEGIA
LIA more majorum ritè &
legitimè obtinendi,
LLEGIO JCTORUM MAJORI
8. Octobris, Anno M. DCCIV.
Eruditorum Examine submittit
S ROSE, Lippiâ- Westphalus.
Typis GROSCHLANIS, Acad. Typogr.

M 16 7

26

